potentie affectiue ut eſt quedaꝫ potentia naturalis. Alio modo ut nominat actum liberi arbitrij. Primo modo uelle aliquid idem eſt quod affici circa illud. Alio modo uelle aliq̄d idem eſt quod eligere. vnde ſm hos duos actus diſtinguitur in nobis uoluntas appetitus ⁊ uoluntas eligentie. non quia ſint in nobis iſte due uoluntates eſſentialiter differentes. ſed quia modus uolendi eſt alter ⁊ alter Dico ergo ꝙ uerbum aug. non intelligitur de uoluntate appetitus que aliquando adeo adheret alicui rei ꝙ uix aut nunq̄ꝫ poſſit ab ea ſeparari. ſed hoc intelligitur de uoluntate eligentie qua aliquis uelle ſe uult qꝺ uult uł nolle. et hec pars in noſtra poteſtat eſte. nō tamen ſequitur ex hoc ꝙ iuſticia ſit in nr̄a poteſtate. quia non eſt efficax niſi inquantū preualet uoluntati appetitus ⁊ illi non preualet niſi per gratiam. vnde multi ſunt peccatores qui uellent eſſe iuſti ⁊ uellent ꝙ non q̄ꝫ affectarent mala. nihilominꝰ tamen in ſua remanent iniuſticia. quia non adiuuantur a gratia diuina.

## Diſtinctio. xxix.

Poſt hoc ꝯſiderandū ⁊c. Supra oſtendit magiſter quantū libeꝝ arbitriū indiget auxilio gratie ſm ſtatum nature lapſe. In hac parte inquirit utrum eguerit gratia operāte ⁊ cooperante ſm ſtatū nature inſtitute. Diuiditur autē pars iſta in partes duas. In quarum prima determinat de auxilio gratie qꝺ collatum fuit homini ante peccatum. In ſecunda per oppoſitū determinat de ſupplicio pene quod inflictum fuit poſt peccatum. ibi In illis quoq̄ꝫ poni penam ⁊c. Prima pars habet duas. In prima inquirit magiſter utꝝ libeꝝ arbitriū hominis ante lapſum gratia eguerit. Secunduꝫ uero utrum in ſtatu illo gratiam ⁊ uirtutem habuerit. ibi Preterea q̄ri ſolet utrum homo ante lapſuꝫ ⁊c. Similiter ſecunda pars principalis duas habet. In prima determinat utꝝ huiuſmodi pena hō fuerit punitus propter peccatū. ſ. pena expulſionis de paradiſo. vbi etiam explanat v̄ba ſcripture ꝯtra hanc materiam. In ſecūda remouet dubitationē que ex dictis habet originem. Preterea queri poteſt utrū de ligno uite ⁊c. Et ſic terminatur illa totalis pars in qua agit magiſter de primi hominis lapſu et quantum ad peccatuꝫ per quod cecidit et quantū ad adiutoriū per quod ſtare potuit.

Ad intelligentiā autem huius partis in qua agitur de gratie adiutorio ſm ſtatum nature inſtitute incidit hic queſtio ꝯtra tria. Primo queritur vtrum homo ante peccatuꝫ gratia eguerit. Secundo queritur utrum ante peccatum gratiaꝫ habuerit. Tertio queritur de q̄ntitate gratie quā in illo ſtatu habuit. Circa primum queruntur duo. Primo queritur utrum homo in ſtatu inocentie circunſcripto dono gratie erit deo acceptus. Secundo queritur utruꝫ abſq̄ꝫ gratia poſſiꝫ exire in opus meritorium.

Circa primū ſic proceditur ⁊ q̄ritur utrū abſq̄ꝫ dono gratie homo eēt acceptus deo in ſtatu inocētie. Et ꝙ ſic uidetur. Gen. i. Uidit deus cūcta que fecerat ⁊ erant ualde bona. ſed ſūmo bono non poteſt non complacere illud quod ē ualde bonum. Si ergo homo inter ceteras creaturas principatuꝫ obtinebat. uidetur ꝙ ipe ualde bonus erat. etſi hoc. ergo deus illuꝫ acceptabat. Iteꝝ ſap. i. Diligis omnia dn̄e ⁊ nihil odiſti eorum que feciſti. ſed homo in ſtatu innocētie nihil habebat dignum odio. et totum quod habebat a deo factum erat. ergo deus ipſum totaliter diligebat. ſed qꝺ ſic a deo diligitur ab eo acceptatur. ergo ⁊c. Item prouer. viij. Ego diligentes me diligo. ſed homo ſm ſtatum nature inſtitute diligebat deum propter ſe et ſuper omnia. quia rectus erat. ergo uidetur ꝙ etiam ꝓpꝰ omnem grām deus eum amabat. etſi hoc. ergo deo acceptꝰ erat. Itē artifex creatus complacet ſibi in opere ſuo ⁊ illud acceptat quando ipſum fabricat ad uoluntatem ſuaꝫ Sed deus qui eſt ſūmus artifex hominē formauerat ad imaginem ſuam. ⁊ optima rōne eum condiderat. ergo uidetur ꝙ ex naturalibus ſibi datis homo deo placebat. Item nihil eſt quod plus faciat animam carā deo ⁊ acceptam q̄ꝫ ꝙ ſit tota pulchra ⁊ nulla ſit in ea macula. et anima ade in ſtatu innocētie tota erat pulchra ⁊ nulla erat in ea macula. quantum erat ex naturali conditione. ergo abſq̄ꝫ gratia ſuperaddita deo erat accepta.

¶ Item aut deus poterat facere illam crea-
turam ita bonã ꝙ ex puris naturalibus ſibi
placeret. aut non. ſi non. uidetur ꝙ non eẽt
oĩpotens. ſi ſic. ergo non uidetur ꝙ ad hoc
ꝙ natura placeat deo neceſſariũ ſit ſupaddi
donuʒ gratie. ſi ergo perfecte homo ɔditus
fuit ſm exigentiã ſtatus nature. uidetur ꝙ
deo placebat abſq; omni dono gratie. ¶ Sʒ
contra. Heb. xi. Sine fide impoſſibile ẽ pla
cere deo. ſed fides eſt donũ ſuperadditũ na-
ture ſm ꝙ dicitur. i. cor. xij. ergo ſine dono
gratie nature ſuperaddite nullus poteſt pla-
cere deo. ¶ Item ſap. vij. Neminem diligit
deus niſi illũ q̄ cũ ſapientia inhabitat. ſed ſa
pientia eſt donum dei nature ſuperadditum
ſm ꝙ infra ſubiungitur. ix. c. Mitte illam
de celis ſanctis tuis ⁊c. ergo ⁊c. ¶ Itẽ Dio.
ĩ libro ď angelica hierarchia. Lex diuinitatis
eſt inferiora per media. media per ſuperiora
reducere. ſed media bona ſunt potentie na-
turales. bona maxima ſunt gratia ⁊ uirtutes
quibus non ɔtingit male uti. ergo ſm rectũ
ordinem anima non poteſt ad deum redire
nec deo placere niſi perficiatur per dona uir
tutum ⁊ gratie. ¶ Item nihil excellentius ẽ
ſm naturam in homine q̄ʒ ipſa imago. Sed
imago idifferens eſt ad acceptanduʒ uel non
acceptanduʒ. ergo ad hoc ꝙ aliqua anima a
deo acceptetur neceſſe eſt ultra naturalia eẽ
aliquod donum gratie ſuperadditū nature.
¶ Item quotienſcũq; deus animã acceptat
eam in ɔiugium ſibi deſponſat. vnde ⁊ aĩaʒ
dicit ſponſam ſuam in can. ſed quantũcunq;
aliqua creatura ſit excellens ſemper in infi-
nitum eſt deo inferior. ergo nunq̄ʒ digna eſt
in coniugium aſſumi niſi deus ex mera libe
ralitate ɔdeſcendat. hoc eſt preſtare grãm.
ergo ⁊c. ¶ Item cum deus hominem acce-
ptat filium ſuum reputat. ſm ꝙ dicitur Jo.
i. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. ſed
creatura quantũcũq; ſit nobilis ſemper eſt
dei ſerua. ſed ſeruus non poteſt adoptari in
filium niſi fiat ex gratia. ergo impoſſibile ẽ
ꝙ aliqua creatura acceptetur a deo ſine mu
nere gratie ſuperaddite. ¶ R℞. Ad p̄dictorũ
ĩ intelligentiaʒ eſt notandum ꝙ dupliciter cõ
tingit aliquid acceptari a deo. Uno modo
quadam acceptatione generali vt idem ſit
acceptare aliquid quod reputare bonum et
in bonuʒ conſeruare. et hac acceptatione nõ
tantum acceptatur creatura rationalis ſed
etiam opus omne dei. Eſt etiam alia acce-
ptatio ſpecialis qua dicitur deus acceptare
illud quod dignum reputatur eterna beatitu
dine. et tali acceptatione non acceptat deus
niſi creaturam rõnalem. illa enim ſola eſt q̄
eius capax eſt ⁊ particeps eſſe poteſt. hanc
autem creaturam rõnalem tunc acceptat cuʒ
conſecrat in templum ⁊ adoptat in filium et
aſſumit in coniugium. Nam anime ſancte
que deo placent ⁊ dicuntur templum dei. et
dicuntur filie dei. et dicuntur ſponſe dei ſm
ꝙ colligitur ex nouo ⁊ veteri teſtõ. Primũ
genus acceptationis non requirit ſuperaddi
donũ gratie ultra ea que ſunt de conditione
nature. Secundum uero genus acceptatõis
non poteſt non eſſe gratuitum tuʒ propter
gratuitam dei ɔdeſcenſionem. tum propter
creature exaltationẽ ultra terminos ſiue ſta
tus nature. gratuita nanq; ɔdeſcenſio in hu
iuſmodi acceptatione neceſſario requiritur.
ꝙ enim deus imenſus habitare uelit in ani-
ma ut in templo. ꝙ iterum uelit ſeruum re-
putare pro filio. ꝙ iterum ancillam ſuam ue
lit aſſumere in coniugio nemo dubitat eſſe
mere gratie ⁊ ɔdeſcenſionis liberaliſſime.
Creature etiam ſublimatio in tali acceptati-
one ultra ſtatum nature reperitur. ꝙ enim
creatura conſecretur in templum. adoptetur
in filium. aſſumatur in coniugium hoc eſt ſu
pra naturale ɔplementum omnis creature.
⁊ ideo nec conſecratio nec adoptatio nature
nec vnio anime ad deum fit per aliq̄ʒ propri
etatem nature ſed per aliquod donuʒ gratie
ſuperadditũ. ꝙ animam conſecret ut ſit tẽ
plum. aſſimilet ut ſit diuina filia. ꝙ faciem
anime decoret ut apta ſit eẽ dei ſponſa. hec
autem omnia facit gratia gratum faciens cũ
eſt adeo iuncta dei ɔformitas ut nullo modo
poſſit deo diſſimilis fieri. adeo iũcta ſpũalis
uenuſtas ut nullo modo poſſit deformari. et
ideo reddit animam deo acceptam. ⁊ ẽ ratio
acceptandi ſm illas tres proprietates predi-
ctas que quidẽ conueniunt ei non ſm tropũ
aut tranſumptionẽ ſed ſm ueritatem aut ꝑ
prietatem. Et ſic patet ꝙ homo in ſtatu in-
nocentie gratia gratum faciente indiguit ad
hoc ut deo placeret. et hec neceſſitas ſupta

eſt ex parte modi acceptandi. Poſſet ni-
hilominus ⁊ alia aſſumi ratio ex parte acce
ptantis. deus enim qui omnia fecit i gloriā
ſuam ⁊ nullius indiget potiſſime requirit a
creatura rōnali honorē. et quia honorem deo
exhibemus quando in ipm omnia referimꝰ
tanq̄ʒ in omniū actorem ⁊ finē non decreuit
deꝰ hominem producere ad perfectionē glo
rie per aliquid quod ortum haberet ex prin
cipijs nature ſed per munus additum natu-
ralibus ut ex hoc homo magis gratus deo
exiſteret. et totius ſalutis ſue opus deo attri
bueret. Et ſic patet ꝙ nemo pōt acceptari
a deo abſqʒ uirtute gratie ſuperaddite natu
re. et ꝯcedēde ſunt rōnes ad hoc inducte.

¶ Ad rōnes ad oppoſitū planū eſt rn̄dere
ex his que dicta ſunt. nam due prime aucto
ritates intelligūtur de acceptatione ⁊ dilecti
one ſm generalē modū. nos aūt hic loq̇mur
de acceptatiōe ſm ſpecialē modū quo deus
acceptat ipſam animā ut reputet eā dignam
eterna gloria. ¶ Ad illud quod obr̄ ego dili
gentes me diligo ⁊c. dō ꝙ illud intelligitur
de dilectione charitatis q̄ non eſt abſqʒ grā.
et hec plurimū differt a dilectione naturali q̄
homo diligebat deū propter ſe ⁊ ſuper oia
ſicut oſtenſum ē s̄. di. iij. ¶ Ad illud qđ obr̄
ꝙ artifex creatus ꝯplacet ſibi in opere ſuo.
dō ꝙ illud ē uez de illa generali acceptatiōe
⁊ ꝯplacentia qua aliquis reputat aliquid eſſe
bonū. ſed de illa acceptatione qua aliquis ac
ceptat aliq̇d ut reputet ſe illi obligatū ad re-
tribuendū aliquid magnum non habet ueri-
tatem. hanc enim ſolū ꝯtingit reperire circa
opus diuinū quod hʒ libez ar. et circa quod
nata eſt laus ⁊ uituperiū ¶ Ad illud qđ obr̄
ꝙ natura inſtituta abſqʒ omni grā eēt tota
pulchra et ſine macula. dō ꝙ etſi eſſet ſine
macula. nō tn̄ eēt tota pulchra ea pulchritu-
dine q̄ ē a grā. pulchritudo. n. grē ē ſci amo
ris ꝯciliatiua ſm ꝙ dicit glo. ſuper illud ps.
Ut exillaret faciē in oleo. Glo. Grā ē q̇dā
nitor anime ad ꝯciliandū ſcm̄ amorē. ¶ Ad
illud quod obr̄ utrū deus poſſʒ talē naturaʒ
facere q̄ eſſet ei accepta abſqʒ munere grē.
dō ꝙ ſi ipſe poſſʒ oia tanq̄ʒ oipotēs. natura
tn̄ nō eēt capax. vn̄ impoſſibilitas uenit ex
pte creature. ſi. n. hoc faceret nihil aliud eēt
facere q̄ʒ facere donū grē eē donū nature. et

grām eē naturā. hoc aūt impoſſibile ē cū do
nū grē ſit ultra terminos nature. vn̄ ſic im-
poſſibile ē ꝙ hō fiat a deo btūs per naturā.
q̄ʒuis poſſit creari beatus. qꝛ beatitudo cum
ſit in bono qđ eſt ſupra oēʒ naturā. ſic etiaʒ
intelligendū ē ⁊ in grā. Preterea eſto ꝙ poſſʒ
facere. nō tn̄ decreuit quia non decuit. et rō
huius dicta ē videlʒ ut ex hoc diuina ſeruet
gloria in cuius preiudiciū deus neminē acce-
ptat. nihilominus etiā ꝯſuetur ipſa grā que
nullo mō pōt aut debʒ eē ingrata. et ideo ſic
dʒ dari ut reputetur eſſe gratis data.

SEcūdo queritur utrū homo i ſtatu
nature inſtitute poſſet in opus me
ritoriū exire abſqʒ dono grē. ¶ Et
ꝙ ſic uidetur. Augꝰ. in li. de natura ⁊ grā.
Quis neſciebat ita ſcm̄ hominē ut in eo li-
bez arbitriū iuſte uiuēdū ꝓ poſſibilitate ⁊ ca
pacitate ſua ꝯſtitueretur. ergo uidetur ꝙ ex
libertate arbitrij naturali poſſet iuſte uiuere
ergo et opa meritoria facere. ¶ Itē Dam.
Manentes in eo qđ eſt ſm naturā in v̄tute
ſumꝰ. ſʒ opera v̄tuoſa ſunt meritoria. ergo
liberuʒ ar. in integritate ſue nature manens
abſqʒ omni gratia poterat facere opera me
ritoria. ¶ Item dei perfecta ſunt opera. et
perfectū eſt aliquid ut uult phūs cum attin-
git proprie uirtuti. ergo ſi homo perfectus
ꝯditus eſt poterat exire in opationē ꝓpter
quā factus ē. hec aūt ē opatio per quā pue-
nitur ad gloriā. ergo ⁊c. ¶ Itē in oibus crea
turis ſi diſtant a ſuo termino ad quē ordinā
tur data ē v̄tus per quā poſſint ad illū finē
peruenire ſicut pʒ in igne qui cū deorſum ē
ſua leuitate pōt ſurſū ferri. ergo aut liberuʒ
ar. miſerabilius fuit inter ceteras creaturas.
aut ſi alie creature per naturā hn̄t potētiaʒ
puenīedi ad ſuū finē. uidetur multo fortiꝰ ꝙ
in hoc hō poſſet ꝑ uirtutē nature an̄ ſtatum
miſie. ¶ Itē natura nihil facit fruſtra nec de
ficit in neceſſarijs. ſʒ nihil eſt magis neceſſa
riū q̄ʒ illud ſine quo nō pōt btificari. ergo cū
ptās merēdi huiuſmōi ſit. uidet ꝙ hoc ineēt
ei ꝑ naturā oi grā circūſcripta. ¶ Itē circun-
ſcripta grā itelligamꝰ hoiēʒ in ſtatu nature
ſuare diuia mādata. aut ergo meretur aliq̇d
aut nihil. ſi nihil. ergo fruſtra opatur qđ nō
pōt eē ſine aliqua pena. hoc aūt nō poterat

eē in natura inſtituta. Si aliq̄d meretur cuȝ opus rectū ſit ad beatitudinē ordinatū. uidet̄ ꝙ ex puris naturalibus mereri poſſit p̄miū eternū. ¶ Cōtra. Ro. vj. Gr̄a dei uita eterna. Et glo. Nihil aliud in nobis d̄us coronat q̄ȝ munera ſua. ergo tā ex tex. q̄ȝ ex glo. colligitur ꝙ uitā eternā nō ↄtingit mereri abſq; gr̄a. ¶ Itē d̄s nullo mō indiget bonis nr̄is. ergo ſi acceptat bona nr̄a hoc nō ē ꝓpt̄ ſuā aliq̄ȝ utilitatē. ſȝ hoc ē ꝑ merā benignitatē. ergo niſi diuina iuſticia deſcēdat ꝑ gr̄āȝ impoſſibile ē ꝙ reputet aliquē dignū gl̄ia ꝓpt̄ aliqua opa q̄ faciat. ¶ Itē meritū ⁊ premiū debent eſſe ꝓportionabilia. ſȝ natura q̄ȝtūcūq; eminens improportōabilis ē ⁊ alterius generis ē q̄ȝ ſit btitudo glorie. ergo īpoſſibile ē mereri gloriā per pura naturalia. ¶ Itē nobilior ē ſubā q̄ȝ opa. ſȝ d̄s nunq̄ȝ acceptat hoīeȝ abſq; munere gr̄e. ergo nec opatiōeȝ hoīs reputat meritoriā niſi ꝓcedat a libero ar. ⁊ a gr̄a. ¶ Rn̄dēdū ꝙ nō ſolūmō gratia neceſſaria ē ad merēdū ſ̄ ſtatū nature lapſe ſȝ etiā ſ̄m ſtatū nature inſtitute. lȝ ſ̄m ſtatū nature lapſe magis indigeat libeꝝ ar. dono gr̄e. In ſtatu nāq; nature inſtitute neceſſaria erat gr̄a. tū ꝓpter ↄditōeȝ retribuentis. q̄m ipſe d̄s bonoꝝ nr̄oꝝ nō indiget. ideo nec acceptat hoīeȝ propter opa. nec aliq̄d merituȝ obligare pōt ipſū ſ̄m rōnē dati ⁊ accepti. iō ad hoc ꝙ aliquod bonū op⁹ creature ſue ad remunerandū deo ↄplaceat neceſſe ē ꝙ ipi⁹ gratuite bonitatis influentia in opante precedat per quā creatura ipſi creatori grata exiſtat. Sil̄r ꝓpter ↄditionē retributōis impoſſibile erat libeꝝ arbitriū mereri ſine auxilio gr̄e gratū facientis pro eo ꝙ illud p̄miū q̄d meremur eſt btitudo eterna. btitudo eterna ↄſiſtit in fr̄ndo eū qui eſt oē ⁊ ſūmū bonum. et ē ſup oēȝ naturā exaltatus ⁊ lucē habitat inacceſſibilē. et ideo impoſſibile ē ꝙ hō merendo ad illud ſummū bonū aſcēdat ⁊ perueniat niſi per aliq̄d adiutoriū quod ſit ultra naturā. ſic ergo homo in ſtatu nature inſtitute abſq; dono gratie mereri non poterat. tum propter ↄditionem retribuentis. tum ꝓpt̄ conditionem retributionis. In ſtatu uero nature lapſe non ſolūmō indiget gr̄ā ad merēdum propter has ↄditiones ſed etiam ꝓpt̄ conditionē operantis ⁊ operatōis meritorie

Operans. n. in ſtatu nature lapſe ſemper ē in peccato ⁊ dei aduerſarius ⁊ inimicus niſi a peccato releuetur per gr̄ē donum. et ideo quicquid faciat niſi uoluntas eius preueniat̄ a gr̄ā que deo recōciliet nihil meretur merito condigni pro eo ꝙ ē aduerſarius ⁊ inimicus. Deus aūt opera non acceptat niſi prius acceptet perſonā ſicut inuitur Gen. iiij. Reſpexit dn̄s ad abel ⁊ ad munera eius. prius dicit ad abel. ⁊ poſtea ad munera eius. Propter ↄditionē etiā operationis neceſſaria eſt gratia. quia nulla eſt operatio meritoria niſi recta. ⁊ nulla eſt recta niſi fiat ex recta intentione. ⁊ nulla poteſt eſſe recta intentio que niſi bonū ſūmū omni bono preponit. nulla auteȝ intentio pōt hoc facere in ſtatu nature lapſe ſine dono gratie. et ꝓpterea qualēcūq; vel quātācūq; faciat homo opationē abſq; gr̄a non meretur. quia nō penſat deus q̄ȝtuȝ ſed ex quanto hoc faciat. Patet ergo ꝙ multiplex eſt neceſſitas gratie ad merenduȝ. ſ. propter conditiones retribuentis. ⁊ retributionis. operantis ⁊ bone opationis. ita ꝙ hec quadruplex neceſſitas ↄcurrit ad ſtatum nature lapſe. ⁊ duplex ad ſtatum inſtitute. Et hoc ē quod dicit magiſter in littera ꝙ homo indigebat gratia operante ⁊ cooperante ſ̄m ſtatum nature inſtitute. lȝ non ſ̄m omnem modum gratie operantis. ¶ Ad illud ergo quod obr̄ in ↄtrariū de auctoritate Aug. et Dam. d̄o ꝙ illud dictū eſt nō quia poteſtas liberi ar. ⁊ nature ſit ſufficiens in opus meritoriū. ſȝ quia natura bene ordinata ↄcordat cum gratia ⁊ diſcordat a culpa. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ dei perfecta ſunt opra. d̄o ꝙ ē perfectio quantum ad eſſe primum. et eſt ꝑfectio quantum ad eſſe ſecundū. et perfectio quantū ad eſſe ſecundum duplex eſt. quedā enim ē que habet ortū a perfectione ſ̄m eē primū ſicut illa perfectio que attenditur in actibus que oriūtur ex principij̄ ſubiecti. Eſt alia perfectio quantum ad eſſe ſecūdū que n̄ cātur a ꝑfectione ſ̄m eē primū ſȝ potius eſt ſupra illud ſicut ꝑfectio ī eē gratuito uel gl̄ioſo q̄ q̄dē ē ī nobis n̄ ex nobis ſȝ ex deo. cū ergo dr̄ ꝙ dei ꝑfcā ſūt opa. hoc intell̄r q̄ȝtū ad eē primū ⁊ q̄ȝtum ad eſſe ſecūdū q̄d cātur ab illo. quantum uero ad illud eſſe ſecunduȝ quod non cauſatur a perfectione ſ̄m eſſe

primum ueritatem non habet. non enim fe-
cit deus omnes beatos ⁊ glorioſos. ſed illos
ſolos beatificauit quos predeſtinauit confoꝛ
mes fieri imaginis filij ſui. hoc enim diſpo-
nit dare per merita tanq̄ȝ bonum laudabile.
Et ratio hui⁹ aſſignata fuit ſupra vi. xxiiij.
¶ Ad illō quod obꝛ ꝙ alie creature poſſūt
peruenire in finem ad quem ſunt per uirtu-
tem nature. vō ꝙ non eſt ſimile. quia finis
creature rationalis eſt ſūmum bonum quod
eſt ſupra omnem naturam. finis uero aliarū
creaturarū eſt bonum creatum quod ē infra
terminos nature. ideo creatura ratiōalis ma
gis indiget dono gratie ut poſſit peruenire
in ſuum finem q̄ȝ alie creature. ¶ Ad illud
quod obꝛ ꝙ natura nō deficit in neceſſarijs
iam patet reſponſio ex predictis. hoc enim
intelligitur de neceſſarijs que quidē atten-
duntur quantum ad eſſe primum uel quan-
tum ad eſſe ſecundū quod cauſatur ex prin
cipiis nature. Quantuȝ uero ad illud eſſe ſe
cundum quod eſt ſupra naturam neceſſe eſt
naturam deficere. et tale eſt eſſe gratuitum
⁊ glorioſum. nullum tamen ex hoc ſit natu-
re preiudiciū. quia deus defectuȝ nature ſup
plet. ⁊ ſemper preſto eſt cum ſe offert tem-
pus ⁊ locus complere ⁊ dare quod natura nō
poterat. ¶ Ad illud quod ultimo obꝛ utruȝ
homo mereretur aliqd uel nihil ſi facit opa.
vō ꝙ non meretur aliquid de condigno ſed
de congruo. et ſic merendo diſponeret ſe ad
grāȝ. ⁊ ideo non operaretur fruſtra. Ex pre
dictis patet quantum humana natura ī ſtatu
innocentie eguerit gratia.

CONſequenter queritur utruȝ homo
in ſtatu innocētie habuerit gratiaȝ
gratum facientem. Et ꝯtra hoc q̄
runtur duo. ¶ Primo queritur utrum ha-
buerit gratiam ante lapſum. ¶ Secundo q̄
ritur utruȝ ſimul tempore ꝯditus fuit in gra
tuitis ⁊ naturalibus.

CIrca primum ſic proceditur ⁊ q̄ri-
tur vtrum homo ante lapſum ha-
buerit gratiam. ¶ Et ꝙ ſic uidetur.
Luce. x. Qui expoliauerunt eum magis im
poſitis ⁊c. Et exponunt ſancti ⁊ glo. ꝙ ex-
poliauerunt eum gratuitis ⁊ uulnerauerunt
in naturalibus. ergo ſi hoc intelligitur ī pri-
mo homine. primus homo non tantum ha-
buit naturalia ſed ⁊ gratuita ante peccatum
¶ Item Ber. Cum uideret patrem noſtruȝ
omnium hominū emulus charitate circunda
tum et omni uirtute ueſtitū. et hoc accepiſſe
terrenū hominem quod ipſe per ſuperbiaȝ
amiſit inuidit inſanabilis homicida. Ex hoc
ergo patet ꝙ primus homo ⁊ charitatē ha
bebat ⁊ omnem uirtutem. ¶ Item adā poſt
ſoporē prophetauit ſicut innuitur ī textu gn̄.
⁊ in gloſis. hoc antē non fuit niſi quia intro
ductus fuit in illo ſopore in ſecretum celeſtis
curie ſicut plures dicunt auctores. ſed nulluȝ
decebat illuc introduci qui non haberet grāȝ
gratū facienteȝ. ergo ⁊c. ¶ Item a deo rece
pit mandatū diſcipline. ſed ſi illud mandatū
ſeruaſſet abſq̄ȝ grā nihil meruiſſet. ſi ergo
illud mandatū eēt ſibi in meritū obedientie.
videtur ꝙ deus nō dederit ſibi in preceptū
ꝓpter gratie adiutoriū. alioq̄n dediſſet ī ma
lum. quod nullo mō decet facere deū. ¶ Iteȝ
peccatū ade arguitur fuiſſe maxime. ſȝ nullū
donū in uia ē maius grā gratū faciente. ergo
ſi maior ingratitudo fuit ade q̄ȝ in peccato
alioꝝ poſteroꝝ. et poſteri eius poſt acceptū
donū gratie deū offendūt. uidetur ꝙ ipſe an̄
peccatū habuerit donū grē gratū faciētis.
¶ Sȝ ꝯ. Deus ſciebat ipm ſtatim lapſurū.
ergo ſciebat ꝙ illud grē donū in nullo eſſet
ſibi utile. ſȝ potius eēt ſibi in nocumētū. Si
ergo ſapiens artifex non vȝ aliquid fruſtra
facere uel etiā quod vtatur in opis ſui dānū
⁊ nocumentū. uidetur ꝙ non dederit illi gra
tiā. ¶ Itē adam quia iuſticiam originalem
habuit quando peccauit ⁊ uoluntarie perdi-
dit nunq̄ȝ eam recuperauit. ergo pari rōne
ſi habuiſſet donum grē gratū facientis nec
ipſe nec aliquis poſterorum eius grām recu
peraſſet. ſi ergo ipſe grām gratū facientem
recuperauit. uidetur ꝙ ante lapſum eam nō
habuerit. ¶ Itē adā hēbat optima naturalia
nullā habebat pronitatē ad malū nec difficul
tatē ad bonū. ergo ſi charitatē ⁊ grām habu
iſſet totaliter deo adheſiſſet. ergo nunq̄ȝ in
peccatuȝ cecidiſſet. ſed ꝯſtat ꝙ cecidit. ergo
grām ante lapſum non habuit ¶ Itē lucifer
non habuit grām gratū facientē ſicut ꝓbatū
fuit ſ. ſi adā grāȝ gratū faciētē habuit ⁊ ab
illa cecidit. ergo ō altiori gradu cecidit q̄ȝ an
gelus. ergo uidet̄ ꝙ pccm̄ ei⁹ fuit īcurabilius

q̄ꝫ peccatum angeli. ſi ergo hoc conſtat eſſe
falſum. adam ante peccatuꝫ non habuit grē
donum. ¶ Item debet prius aliquis ꝓbari
q̄ꝫ in amicum aſſumi. hoc non ſolum eſt ue-
rum in amicitia humana ueruꝫ etiam in ami
citia diuina. vnde dicitur Heb. viij. Abraaꝫ
pater noſter tentatus eſt ⁊ per multas tri-
bulationes probatus dei amicus effectus eſt
Si ergo nullus habet dei grām quin habeat
amicitiam. uidetur ꝙ ante tentationem adā
non habuerit. quia ſtatim poſt tentationem
peccauit. ergo non habuit gratiam ante la
pſum. ¶ R. Ad predictoꝝ intelligentiam
eſt notandum ꝙ ↄtra hoc duplex conſueuit
eſſe opinio. quidam enim dicere uoluerunt
ꝙ adam non habuit gratiam gratum facien
tē pro eo ꝙ non uidetur credibile ꝙ lapſus
eſſet ſi tale adiutoriū habuiſſet. Ad auctori
tates autem ⁊ rōnes reſpōdent dicentes ꝙ
adam habuit multas gratias gratis datas ⁊
naturam habuit ualde bonam. ⁊ propterea
ſancti uidentur aliquando dicere ipſum ha-
buiſſe gratuita ante lapſuꝫ. non quia habuit
donum gratie gratum facientis ſed donum
gratie gratis date. et per illud poterat ten-
tationi reſiſtere et ad gratiam gratum faci
cientem ſe diſponere. Sed qm̄ auctoritates
ſãctoꝝ expſſe uidentur dicere de gratia gra
tum faciente. ſicut patet in illis quas magi-
ſter adducit in littera. ⁊ huic etiam conſona
re uidetur ſcripture auctoritas ⁊ rōnis pro-
babilitas ¶ Ideo eſt alia opinio ↄmunior ve-
rior ⁊ probabilior quam etiam magiſter ſu
ſtinet in littera. ſ. ꝙ adam ante lapſum gra-
tiam gratum facientem habuit per quam n̄
ſolum malo reſiſtere ſed etiam in bono pro
ficere potuit. ⁊ illa gratia ita bene adiut⁹ ita
bene meruiſſet mandatum domini obſeruā
do ſicut demeruit tranſgrediendo. Hanc er
go opinionē ſuſtinendo concedere poſſum⁹
rōnes que ad primam partem inducuntur.
¶ Ad illud autem quod obī in ↄtrariuꝫ ꝙ
deus ſciebat ſtatim ipſum lapſurum. dō ꝙ
propter hoc non debuit dimittere donum
grē ſibi dare duplici rōne. Primum quidem
quia ſimul cum hoc preſciebat ꝙ bonū de-
bebat de lapſu eius elicere. Secundo uero
quia deus in conferendo non attendit futura
peccata ſed idoneitatē pn̄tem ad grāꝫ. ſicut
patet cum confert gratiam in tempore pre-
ſenti etiam eis quos ab eterno reprobauit.
et in utroqꝫ eorum ↄmendatur dei largitas
⁊ ſapientia. et arguitur hominis ingratitudo
⁊ iniuſticia in hoc ꝙ adam a tam benefico ⁊
tam benigno ſe auertit ſine cauſa. ¶ Ad il
lud quod obī ꝙ non potuit recuperare ori-
ginalem iuſticiam quam habuit quando pec
cauit. dō ꝙ non eſt ratio. ſ. ꝙ uolūtarie ami
ſit iuſticiam illam. ſed ſimul cuꝫ hoc facit qꝛ
iuſticia originalis non tm̄ reſpiciebat uolun-
tatem liberatiuaꝫ ſed etiam reſpiciebat ipāꝫ
naturam inſtitutam. gratia autem reſpicit
ipſam uoluntatem liberam ut eſt libera. et
quoniam uoluntas defacili uertitur ⁊ reuer-
titur. natura autem cum corrupta eſt non ſic
defacili releuatur. hinc eſt ꝙ magis poteſt re
cuperari gratia q̄ꝫ prima iuſticia. q̄uis utra-
qꝫ fuerit per peccatum amiſſa. eſt etiaꝫ alia
ratio quare non recuperatur originalis iuſti
cia. ſed hec manifeſtabitur infra cum agetur
de originali peccato. ¶ Ad illud quod obī
ꝙ ſi adam habuiſſet grām inſeparabiliter
adheſiſſet deo. dō ꝙ hoc non oportet. quia
libeꝝ arbitriuꝫ habens grām moueri poteſt
propter gratie inclinationem. et frequenter
mouetur nihil conſiderans de eo ad quod
mouet gratia. vnde ſepe cōtingit ꝙ homo
magne charitatis inordinate afficitur pro eo
ꝙ nō ſemper actualiter fertur in illud ſūmū
bonum circa quod habet imenſum deſideri
um. ſic enim intelligendū ē accidiſſe ipſi ade
Quis enim homo habens charitatem qui
peccaret ſi deum pre oculis ſemper haberet
et actu ↄſideraret quantum deus amabilis ē
et q̄ꝫ nefas eſt offendere eum. ¶ Ad illud
quod obī ꝙ lucifer non habuit grām gratū
facientē. dō ꝙ ueꝝ eſt. ex hoc tamē non ſe-
quitur ꝙ homo peccauerit maiori ingratitu
dine pro eo ꝙ lucifer proximior erat ſtatui
glorie. ſimul enim recepiſſet gratiam ⁊ glo
riam. homo uero ſic conditus fuit ut longe
añ glīaꝫ hrēt grām. ⁊ ideo poſitus eſt in ter
ra quaſi lōge a celo diſtās. ac ꝑ hoc in tranſ-
grediendo nec adeo cecidit de alto ut lucifer
nec adeo fuit ingratus. nec adeo per pecca-
tum deprauatus. ¶ Ad illud qđ obī ꝙ pri⁹
dꝫ hō tentari q̄ꝫ in amicū aſſumi. dō ꝙ illud
intelligitur de illa amicitia q̄ facit hoīeꝫ deo

priuatū ⁊ familiarē per quem modum dicit
ipſe dominus apoſtolis Jo.xv. Uos autem
dixi amicos ꝛc. De amicitia autem large di
cta hoc non poteſt intelligi apud deum. ſed
poſſet intelligi de amicitia apud homines
pro eo ꝙ niſi deus gratiam daret in pro-
bando potius reprobaret q̄ꝫ approbarꝫ. nō
enim habemus unde poſſimus approbari a
deo niſi per eius donum. non ſic autem ē de
homine reſpectu hominis. Et ſic patet idē.

Secundo queritur utrum homo ſi-
mul conditus fuerit in gratuitis et
naturalibus ¶ Et ꝙ ſic uidetur per
textum. Gen.i. Faciam⁹ hoīeꝫ ad imaginē ⁊
ſimilitudinē noſtraꝫ. ſicut exponit aug. ⁊ ha
bitum eſt s̄.di.xvj. Imago eſt in naturalib⁹
et ſimilitudo in gratuitis. ergo ſi hō factus ē
ad imaginē ⁊ ſimilitudinē. uidetur ꝙ ꝯditus
fuerit ſimul in naturalibus ⁊ gratuitis. ¶ Itē
eccle.xvij. Deus de terra creauit hominē. ⁊
poſt. et ſcḋm ſe ueſtiuit illum uirtute. ergo hō
a ſui conditione primaria fuit uirtute ueſtit⁹
et ſi hoc. redit idem quod prius ¶ Itē dam.
Fecit deus hominem inocentē. rectum. virtu
oſum. ſine ſollicitudine. ſine triſticia. oī uirtu
te decoratum. omnibus donis ornatū. ergo
uidetur ꝙ homo in gratuitis fuerit conditus
¶ Item hoc uidetur rōne. Deus fecit hoīeꝫ
perfectum quantū ad etatem ⁊ quantum ad
ꝯditioneꝫ ab exordio ſue ꝯditōis. ergo pari
rōne uidetur ꝙ fecerit eum perfectum q̄ꝫtū
ad uoluntatis rectitudinē. ſed uoluntatis re-
ctitudo cōſiſtit in dono gratie. ergo uidetur
ꝙ donum gratie habuerit in initio conditio
nis ſue ¶ Item ad hoc ꝙ alicui detur gratia
requiritur diuina liberalitas ⁊ recipientis ido
neitas. Sed deus in primordio cum adam
condidit liberaliſſimus erat. et adam a ſue
conditionis primordio ad ſuſcipiendā grāꝫ
idoneitatē habebat. ergo ab ipſo conditōis
primordio deus ei grām conferebat. ¶ Sꝫ
contra. Aug. dicit ꝙ homo in ſue ꝯditionis
primordio habuit vnde poſſet ſtare ſed nō
vnde poſſet proficere. ¶ Item magiſter ſu
pra dicit. di.xxiiij. Poterat homo per auxi-
liū gratie creationis reſiſtere malo ſed non
proficere in bono. ſed ſi habuiſſet grām gra
tum facientē ab exordio creationis potuiſſꝫ
utrunq̄ꝫ. ergo ſi non potuit proficere in bo-
nūm. patet ergo ꝛc. ¶ Iteꝫ magis conuenit
gratia cum gloria q̄ꝫ natura cum gratia. ſed
